



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638


23. Leonis IX. Pont. Max. Bulla Data Indictione IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

Leonis IX. Pont. Max. Bulla Data Indictione IV.

Leo Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ecclesiæ in honorem Sancti Ioannis Euangelistæ, Sanctique Maximini Confessoris in suburbio Tieuironum specialiter dedicatæ, & præterea Theoderico Abbatii, suisque Successoribus, Monachis etiam inibi Deo famulantibus salutem & Apostolicam benditionem. Sacri Apostolatus ordo, & Sanctæ Romanæ Sedis pia deuotio id semper exigit à nobis, ut vigilanter Ecclesiarum sollicitudinem gerere, & utilitatem famulorum Dei dignè prouidere debeamus in omnibus. Idcirco propter amorem Domini, & ob petitionem dilectissimi filij nostri Henrici videlicet, Imperatoris Augusti Ecclesiæ & Villas, ad virtualia Monachorum in præfato Cœnobio Deo famulantium specialiter pertinentes, nostræ Apostolicæ authoritatis priuilegio ad vsus illorum, prædecessorum nostrorum more confirmare decreuimus. Volumus itaque, & sacræ primæ sedis autoritate sancimus, ut in Ecclesijs, villis ac possessionibus, quæ ad præbendam prædictorum Fratrum à Regibus, & Imperatoribus Dagoberto videlicet, ac Pippino, Carolo, Ludouico, Arnulpho, Henrico, Conrado, & à tribus Ottonibus, siue à præfato filio nostro charissimo, Henrico scilicet Imperatore Augustissimo, concessa vel attributa sunt, nullius personæ magnæ vel paruæ violentiam patiantur, sed vietum inde atque habitum consequantur, hoc est Apula, Schwabenheim, Brincisheim, Euernisheim, Heinsinesheim, Vehinsheim, Scheringefelt, Bubenheim, Alfontia, Basinbach, Siemera, Mamenda, Narheim, Luesderouotf, & de his Ecclesijs, Gozoluesheim, Albucha, Weldenstein, Wanheim, Flanheim, Nusum, & de Villa Gundershausum, alijsque ad eam pertinentibus, id est, Ruosbach, Holtzhausen, Daffental, Sueppenhausun, & ex his locis Rienueacha, Leouum, Gracho, Decima Vallis cum suis pertinentijs, Mayrchedith, Billiche, Keriskee, Dalcheim, Bislee, Wilre, Druhdildinga, Mambra, Murmiringa, Ecclesia in Steinsela, Diedenhoun, Wimareskircha, Berge, Crufta, Luterensdarra, Tauena, Lindiche, Mersche, Bisanga, & quæ infra & extra Ciuitatem Metis in domibus, aut vineis, agris aut areolis habent, quæve in pago Bengouue, his in locis Ratheresdorff, Busstat, Franckingun, Ebeno, vel Meisbrath possident, aut quæ iuxta Massam fluum in Carmiringun & fractura, aut in pago Eiffela, his locis Vahisheim vel Lieznich ad idem Monasterium pertinent, Curtem etiam quandam vocabulo Prichina in pago Einrichesitam, quæ, sicut eisdem fratribus præfatus dilectissimus filius noster, Henricus videlicet Imperator Augustus ante aliquot annos abstulit: Ita in nostræ Apostolicæ authoritatis patrocinio commonitus reddidit. Et ne quis ea vltierius à præbenda fratrum cuiquam præstanto subtraheret, suo præcepto firmauit, Nosque ut idem faceremus deuotissimè postulauit, quatenus ijdem fratres de prædictâ Villâ, alijsque ad eam pertinentibus sagimen interdum habeant, & secundum præceptum Sanctæ Regulæ hospites suscipiant, & infirmorum, debiliumque curam agentes peregrinorum ac pauperum usibus fideliter inde deseruant, femoralia etiam, ac mantelas, & mensalia ad usus necessarios inde percipient. Igitur ut ijdem fratres prælibata loca cum omnibus pertinentijs suis, & omnes totius Abbatia Ecclesiæ cum Decimis, dote, dotalibusque ad ipsas pertinentibus, & cunctas salicas decimationes, quas in usus hospitum, peregrinorum ac

pauperum concedimus sub eorum cura teneant, & iuxta suum arbitrium secūrè, quietè, & pacificè possideant, diuinâ obtestatione, & hac nostrâ Apostolicâ confirmatione taliter illis roboramus, vt nullus Imperator, nullus Rex, nullus Abbas, nullus Dux, nullus Comes, aut vice Comes, nullæ Ecclesiasticæ dignitatis, vel mundanæ conditionis magna, paruaq; persona alicui libero homini, siue alterius Ecclesiæ vel Domini famulo, vel ministro aliquid inde præstare, vel à præbenda fratrum quoquomodo abalienare præsumat, sed iuxta id, quod sanctæ Apostolicæ Sedi Iure subiectum esse debet, & sub Mundiburdio Regum & Imperatorum constat, absque omni contradictione ad usus Monachorum perpetualiter permaneant, Si quis autem (quod absit) nefario ausu præsumperit hæc, quæ, vel à nobis, aut alijs Prædecessoribus nostris S. R. Ecclesiæ Pontificibus sanctissimis ad laudem omnipotentis Dei pro stabilitate iam dicti Venerabilis Cœnobij statuta sunt, infringere, aut in quoquam violare studuerit, ex autoritate omnipotentis Dei per interuentum Beati Petri Apostolorum Principis, cuius vice fungimur, & nostræ humilitatis Apostolicæ constitutione anathematis vinculo inextricabiliter innodamus. Dat. XVII Kal. Februarij per manus Vdonis Sanctæ Apostolicæ Sedis Cancellarij & Bibliothecarij, & Tullenis Pinnicerij, Anno Domini Leonis IX. Papæ II. Indictione IV. Incarnationis Domini MLI.



24.

*Henrici III. Imperoris Datum Treuiris, Anno
MLVI.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Si Ecclesiis vel Cœnobii diuino cultui mancipatis alicuius patrocinii vel defensionis solatium aduersus insolentiam perfidorum vel malignorum hominum præbuerimus, diuinitus nos, præculdubio, remunerari confidimus. Quapropter fidelium nostrorum tam præsentium, quam futurorum magnitudo comperiat, qualiter nos ob amorem Dei & per interuentum Carissimæ Contectalis nostræ Agnetis Imperatricis Augustæ, nostriq; filii dilectissimi Henrici Quarti Regis, crebram & importunam querimoniam Theodorici Reuerendi Abbatis de Cœnobia Sancti Maximini benignè suscepimus de multis scilicet oppressionibus, quas familia S. Maximini patitur, ab Aduocatis & Comitibus eam defendere magis, quam dissipare vel affligere debentibus, quæ non solum antiquis legibus destituta, sed ita potius inferuit ut Aduocatorum est omnimodis redacta, vt non quasi regalis siue regie

dotis